# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Diuicie c
### cum uariis

Morbus diuiciarum est superbia. Nam grandis animus est qui inter diuicias isto morbo non temptatur, maior animus diuicias suas uincens contempnendo. Magnus ergo est diues qui non se ideo magnum putat quia diues est. Qui autem ideo se magnum putat quia diues est, superbus et egenus est. In carne crepat, in corde mendicat; inflatus est, non plenus.

Augustinus sermone XXIX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

ergo est] est ergo P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; qui autem ideo se magnum putat quia diues est *om*. P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; superbus] qui *add*. P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; est. In] est, in P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; non *om*. M